



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

Caput IX. De Falsificatione literarum & monetæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

## Caput IX.

## De Falsificatione literarum, &amp; monetae.

## Synopsis.

- II. Quid sit falsificatio.
- III. Falsificatio monetae.

I. Falsificatio generatim considerata sub se comprehendit non tantum fabricationes falsarum litterarum, & supplicationum, sed etiam mutationes quascunque, rationes, correctiones, cancellationes, ut sensus alienus exprimat à mente, v. g. Pontificis, aut Episcopi. [A] Sic casum reseruatum incidit, qui litteras in re graui, mutatoque sensu, nomine, Episcopi Constantiensis, tanquam Ordinarii (non tanquam Principis

pis Imperii) aut eiusdem in Ecclesiasticis causis Curiaë, seu Officium expeditas falsificant [B]

[A] *Sayr l. 3. Thesauri c. 10. num. 10. vide Cap. Ad falsariorum l. 5. Decret. tit. 20 [B] Statuta Synod. cit.*

II. Falsificatio monetæ illa censetur. I. quæ cuditur ab eo, qui non habet autoritatem, autoritas enim Reipublicæ vel Principis vires nummis tribuit. II. quæ ex adulterina materia fit, thaleri, v. g. è stanno, cupro, vitro, etiamsi ab iis cudatur, qui alioqui potestatem cudendi nummos habent. III. Si caret formâ à lege vel Principe statuta. IV. Si non legitimum pondus habet. Huiusmodi monetæ falsificatio est crimen lætæ Maiestatis, si nimirum iustum pondus, aut legitima autoritas, materia, aut signum absit. *Vide Covarr. in fine Tom. 1. c. 8. de falsa moneta eiusq. pœna.*

K 5

Qui

Qui verò tondent exuberantem  
monetam, radunt, vel tingunt v-  
ti solent Iudæi, etsi falsarii non  
sunt, tamen graviter peccant  
cum onere restitutio-  
nis,



Pars